

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Jonstoni Historia Naturalis**

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibus

**Jonston, Jan**

**Heilbrunna, MDCCCLVI.**

**VD18 90528921**

Appendix De Auibus Fabulosis.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11068**

cris oculis, iride eleganter rubente, ita uocalis, ut majoris longe molis quis opinaretur. Ante solis forte ortum et sub occasum auditur, certo, ut uolunt, serenitatis futurae indicio.

*Sexta* est GVARA, picae magnitudine, oblongo rostro et anteriore parte recurvo, longis pedibus. Primum exclusa nigricat, deinde euadit cinerea, ubi autem uolare incipit, egregie candicat, sensim autem tubescit, donec aetate plumae illius colorem induunt purpurae aemula-

lum, quem ad senectam usque retinent. Victant piscibus, carnibus et aliis edulis semper aqua temperatis. Pariunt quoque sub tectis. Gregatim uolant et soli expositae pulcerrimum praebent spectaculum. Ex plumis diademata et alia ornamenta a barbaris conficiuntur.

*Vltima* est GVICEONTEON quasi dicas auem saepius morientem et rursus resurgentem. Epilepsiae enim obnoxia est admodum, aliquin candidis et pulcerrimis plumis uestita.

## APPENDIX

## De Avibus Fabulosis.

## CAPVT I.

## De Gryphibus et Harpyis.

Placet et de fabulosis aliquid adductere, ne et in hisce quicquam nobis desideretur. Praecedat gryps seu GRYPHVS, cuius nominem aior forte aquila, ut sane in oriente et septentrione maiora nostris anima- lia gigni experientia compertum est, uenire potest. Eius formam si spe- cutes, fingitur esse quadrupes, anti- ca parte seu capite, alis, rostro et pe- dibus aquilam referens, postica leo-

a Philostr. nem. Magnitudinem a aliis leonis, l. 3. de nit. a. alii lupi tribuunt. Mandeuilius Apollonii. octies leone maiorem reliquit. Dor- b. Aelian. l. sum b. pennis integratur nigris, ante- 4. c. 27. rior pars rubris, alae candidis. Mon- e Apuleii. l. tes. Riphaeos seu Hyperboreos c. 11. Mile- haud procul ab ipso aquilonis exor- fia. tu incolunt, sed et apud d. Indos et d. Aelian. Bactrianos inueniuntur. 4. c. 27.

Nidos ex auro, quod effodere, construunt, et oua duo aquilinis maiora e duriora, calidiora et sicciora ponunt. Volatum auium parvorum 19. c. 94. 19. c. 94. ipsi f. Philostratus tribuit. Non enim pennatae, inquit, sunt, sed tubra pellicula alarum costae tanquam digiti connectuntur. Dicuntur aurum in Scythia g. Asiatica cu- g. Solin. c. stodiare, ideo inter ipios et Arima- 25. Poly- spos internecinum uigere odium. h. Aelian.

Tractat de eo b Aelianus et, quomo- h Aelian. do aurum illud auferant incolae, de- l. 4. c. 27. scribit, sed et equis peculiariter infestos esse rumor est. Videtur huc M. Pauli i Veneti auis RVC dicta per- i M. Paul. tinere, aquilae effigie, sed magni- l. 3. c. 40. tudine immensa. Visitur certis anni temporibus in insulis ultra Ma- dagascar sitis, tanti roboris, ut sola sine aliquo adminiculo elephan- tem capiat et in sublime raptum rursum ad terram labi sinat, quo carnibus eius uestatur. Pleraque alarum pennae passus XII. sunt longae, ea crassitie, quae lon- gitudinis mensurae conueniat. Fi- des sit penes auctorem. Nauiga- tiones et praeteriti et huius seculi omnino de tali aue tacent.

HARPYIS nomen a rapacitate inditum. Ex Electoo Oceani filia genitas k Hesiodus prodit. Ponti k In Theo- et Terrae filiae aliis dicuntur. Tres nid. fuisse Virgilius dicit, Ocypten, Aello et Celano. Hyginus Alopen, Acheloen et Ocypten adpellauit, Homerus quartam nomine Thye- ellam addidisse creditur. De fot- ma sic l Virgilius: Virgil. 13 Aeneid.

Ff

Vir-

*Virginei uolucrum uultus, foedissima uenitris  
Proluuius uncaequ manus et palida semper  
Ora fame etc.*

m Ouid. l. 13. Me-  
tamorph. s. Conlocantur in Strophalidibus m in-  
fusis. Apolonius fugatas conieci-

sese in specie, qui in Creta sub Argi-  
nunte uisebantur, tradit. De ipsarum  
rapacitate, ingluui et foeditate ui-  
de. *n* Valerium Flaccum, *o* Vir-  
gilium et alios.

n l. 4. Ar-  
gonaut.  
o l. 3. Ae-  
neid.

### CAPT. II. *De Stymphalidibus, Sirenibus et Seleucidibus* *Auibus.*

**S**tymphalidibus a Stymphala palu-  
a Pausan. in Arcad. de nomen datum est. *Magnitudi-  
ne* grues aequant. *a* Iibus caetera  
sunt simillimae, rostra tamen, eius-  
dem nempe duritiei, ut hominum  
scuta perforare, firmiora habent et  
non, ut ibes obliqua. Plinius eas  
bl. 11. c. 37 cirratas facere *b* uidetnr. *Mari-*  
c. 12. Ori-  
gin. *nas* eas *c* Isidorus facit. Apollonius  
circa Aretiadem insulam conlocat.  
Timagenes et Pisander in Scythiam  
auolasfe tradit. Pausanias Arabiae  
quoque deserta incoluisse ait. *Ve-*  
*scabantur* humana carne. Hercules  
eas ex Stymphale palude abegit  
seu crepitaculi aerei sonitu seu quod  
multas sagittis confecisset.

**SIRENES** qua forma fuerint, non  
conuenit inter auctores. Alii eas su-  
periori parte uirginis formam intulis-  
se, inferiore in piscis caudam desis-  
d Aelian. l. 17. de A- se, alii *d* infera auiciam speciem ha-  
nim. c. 23. petioribus speciem passerum, in in-  
ferioribus mulierum eis tribuunt.  
Boccatius pedes gallinaceos adsig-  
nat. Eustathius uero a Venere, quod  
uirgineam sibi delegissent uitam,  
in aues transformatas tradit. Bina  
sunt quibusdam, *Aglaopheme* nem-  
pe et *Thelxiepeia*, tres alias *Parthe-*

*nope*, *Leucosia* et *Ligia*. Sunt, qui  
quatuor et quinque fuisse fingunt.  
Sed nec de eorum ortu eadem tra-  
duntur. Quidam e sanguine e cor-  
nu Acheloi destillante natas uolunt.  
Nonnulli ex congressu eius cum Mu-  
farum aliqua, de Venere superius di-  
ximus. *Habitare* primum iuxta  
Pelorum Siciliae promontorium,  
postea in Capreis. Plinius Surren-  
tum Campaniae oppidum una cum  
promontorio Mineruae earundem  
sedem fuisse scribit. Finguntur tam  
suaevem harmoniam uoce, tibiis et  
lyra edidisse, ut et mare et uentos  
mulcerent. Cantu uero suo nau-  
gantes occidisse passim apud diuer-  
sos poetas legere est. De eorum  
cum Ulyssē colloquio uide apud Ci-  
ceronem *e* carmen.

**SELEVCIDES** aues uocantur,  
e l. 5. de si-  
nib. quarum aduentum Casii montis in-  
colae, locustis fruges eorum uastan-  
tibus, a loue precibus impetrant,  
nec, unde ueniant quoque abeant,  
compertum, nunquam conspectae,  
nisi cum praefidio earum indigetur.  
Voracitatem eis antiquitas tribuit.

Ingestas locustas nullo nego.  
Plin. l. 10.  
c. 27. tio per aluum exerce-  
bant.

### CAPT. III. *De Phoenice, Cinnamomo et Semenda.*

**PHOENIX** fabulosa est avis. He-  
a Hist. l. 2. rodotus *a* nonnisi pictum se ui-  
b H. N. l. disse testatur. Plinius *b* unum in  
toto orbe nec uisum magnopere  
scribit. In eius descriptione uariant  
auctores. Herodotus non tantum  
ei aquilae magnitudinem tribuit,  
sed et toto etiam habitu eidem si-

milem facit. Alii pauone *c* maio-  
rem scribunt. Herodoto pennae *c* Tzetz. l.  
fubore profunduntur. Plinio uero *c* Hisp.  
et Solino circa collum auri fulgore  
micant. Caetera purpureus dici-  
tur, caeruleam roseis maculam pen-  
nis distinguenter cristis, faciem,  
fauces caputque plumeo apice con-  
hone-

honestante. Idem Claudianus, Baptista Mantuanus et Lactantius produnt.

*Locus.* Locum ipsi quidam d'Arabiam add. Amb. l. 5. signant, alii e Heliopoli ciuitate Aegypti primo uisum reliquere. Quidam sub aequinoctiali ad orientem 23. Plin. H. N. 1. 10. c. 2. Solin. Po- tyb. Tacit. l. 14. Anim. Viets. Atben. l. 14. Diplos. Partus. f Tac. l. 14. Annal. Atbas.

Nec de uitru conuenit. Plinius primum atque diligentissimum togatorum. Manilium de eo prodidisse auctor est, neminem exitissem, qui uiderit uescentem, quidam rore uititare dixerant. Ourdius thuris lacrymis et succo amomi uiuere scribit. *De nidificatione* eius et in parentem amore ita f' Tacitus: *confetto annorum numero ubi mors propinquat, suis in terris struere nidum eique uim genitalem adfundere, ex qua foetum oriri, et primam adulto curam sepeliendi patris neque id temere, sed sublato myrrae pondere tentatoque perlongum iter, ubi par oneri, par meatui sit, subire patrum corpus in que solis aram perferrre atqueadolere.* Idem Herodotus, ex quo ille desumisse uidetur.

*Annorum illorum numerus uarie* definitur. Maxime uulgatum quingentorum spatium, sunt, qui adseuerent, mille quadringentos sexaginta unum interiici. Plinio sexcenti sexaginta placent, Philostrato sexcenti, Herodoto, Solino, Melae quingenti quadraginta. Alberto trecenti quinquaginta, Chaeremoni Aegyptio sex supra septem mille. *De terris* quoque uariatur. Iarchas Indus apud Philostratum prope Nilum adsignat. Alii in Aethiopia, ut Chaeremon Aegyptius et Orus Apollo. Alii in Phoenicia, ut Lactantius.

*Nido* materia aromata, cinnamomum, cassia thurisque surculi. Vbi illum confundit, solaribus se exponit radiis alarumque continua uentilatione ignem excitare fingitur, sic se cremat. Ex cremato nouum oriri pullum conuenit inter omnes, quomodo uero id fiat, ambigitur. Plinius ceu uermiculum ex osibus et medullis ueteris phoenicis primo procreari, ex eo pullum

nasci scribit. Philostratus, nulla uel ossum uel medullarum mentione facta, ex cinere uermem, ex uerme nouam alitem generari nugatur. Oppianus ex cinere pullum exoriri refert. Orus ex effuso e patris uulnere, quod sponte sibi nimia ad terram allisione infligit, sanguine procreari adfirmat. *Sexum* illi nullum adtribuit antiquitas, sed inter uitae remedia reposuit. Nam Plutarchus *Plnt. I. de cerebrum eius dulce esse tradit, ne sanit. tunda.*

CINNAMOMVS seu cinnamologus aus haec tenus nobis incognita est. Herodotus grandem esse *Herodot.* dixit. Vincentius Bellunensis pas. *in Euterpe* sere aliquanto maiorem, coloris partim flavi, partim caerulei, rostri longi ad flauum uergentis scripsit.

*Locus* ipsi ab antiquis in Arabia adsignatur. Dionysius Periegetes terram ignorari una cum Herodoto memorat. Albertus in Aethiopia eum *Albert. I. 23. de Ani. mal.* locat.

*Nidum* ponit seu in excelsissimi arboribus earumque ramis seu in montium praeruptis illumque ex cinnamomi surculis exstructum. Aromate hoc cum potiri Arabes uolunt, boum asinorumque defunctorum membra minutatim concisa iuxta nidos ponunt et abscedunt. Frustra aues in nidos comportant, quibus sustinendis illi impares decidunt et ab incolis configuntur.

De SEMENDA non est, quod dicam. Multa quidem, sed parum uerisimilia de illa Indica commentaria produnt. *Caput* ipsius, quod esse putabat, quod Aldrouandus in museo ducis Florentini uidit, erat curuum et ualde crassum, colore in anteriore parte albicante, in posteriore purpureo obscuro, figura ovali. *Rostrum* habebat palmum longum, admodum acutum, intus quidem cauum, sed sine tribus illis fistulis, quibus musicam harmoniam a fenda edi quidam fabulati sunt.

Ff 2 MAN-

MANTISSA  
DE AVIBVS EXOTICIS AD NO-  
STRATES ACCEDENTIBVS.

*I. De Aquilis.*

*Nieremb.  
Hist.  
Exot. I.  
10. cap.  
30. 31.*

**A**d aquilas pertinent *itz-*  
*quaubtli et tlacoquaubtli*  
Indorum nec non Leonis  
Africani *nesir*. Venustum  
illud aquilae genus et insignito ca-  
pite regium. Rostro est ad radicem  
luteo, deinde uero nigro, nigris  
unguis, pedibus pallidis, cruribus  
uentreque e nigro et candido per-  
mixtis, collo fuluo, dorso et cau-  
da nigris ac fuscis, corona cristaue ni-  
gra. Magnitudinem circiter aequat  
uulgaris arietis et uel ferocium au-  
daciem animalium, adeo ut homi-  
nes etiam ipsos, postquam cicurata  
est, leui ex causa adgrediatur et in-  
uolet, mitescit tamen et aucupio  
non minus, ac reliqui accipitres, quo-  
rum genus uidetur, idonea est at-  
que inservire solet. Avis digna, quae  
a regiis aucupibus alatur ac cir-  
cumferatur. Vilior est *tlacoquaubtli*  
seu aquila uirgæ, frigidas amat pla-

gas, asturis magnitudine, fusca et  
cinerea, rapax auicularum, murium,  
lacertarum, colotorum, quibus ue-  
scitur. De *nesir* suo ita Leo Afri-  
canus: avis est omnium earum, *Leo Afri-  
canus can. Af-  
rica l.  
ult.*  
quae in Africa reperiuntur, maxi-  
ma, grue procerior crassiorque,  
praedita rostro, collo et cruribus,  
adeo sublime uolat, ut oculorum  
aciem effugiat et, conspecto alicuius  
animalis cadauere supra terram ia-  
cente, illlico in illud inruat. Rare  
sola, sed gregatim uolare solet. Lon-  
gæua est, nam pleraeque conspectae  
sunt caluo et deplumi capite, tan-  
quam uulsa fuisse capitis pennae,  
inde conligere licet, præ nimio se-  
niorum pennarum defluuium pati, ea de  
causa suos nidos ueluti recenter na-  
tæ repetunt, unde a suis pullis edu-  
cantur. *Coronatae* in prouincia  
Chiapæ habentur, ut apud de-  
Laet in nouo orbe habemus.

*II. De Noctuis.*

*Nieremb.  
Hist.  
Exot. I.  
10. c. 39.  
et 40.*

**E**xoticum oti genus *talebicuatli*  
uidetur. Cornuta avis est siue  
auriculata, parua corpore, resima,  
rostro breui, nigra lumine, hœtea  
erubescens iride, fusca et cinerea  
plumis usque ad crura, atra et in-

curua unguibus. Caetera natura si-  
milis nostrati oto. Apud eosdem  
Americanos *tecoletl* genus est bu-  
bonis auriti, spectaculo dignum, ni-  
gro et fusco colore variegatur,  
huic oculi magni et aurei.

*III. De Struthiocamelo.*

*De Laet  
Orbis No-  
mi l. 16.  
c. 14.*

**S**pecies quaedam *struthiocameloi*  
rum in Insula Maragnana inueni-  
tur. Proceritate staturam huma-  
nam superant et maxima sunt ue-

locitatis. Magis supra terram fe-  
runtur, quam uolant. Barbari  
*yandeu* uocant.

*IV. De Psittacis.*

**P**lacet hic quaedam de psittacis  
ex Hernando, Ximene, Clusio  
et Nierembergio adiicere. Ille pri-  
mus ita scribit de *toznene*: *psit-*

*taci* id genus uiridi et luteo colore  
micat, oculi rubeo, rostrum uero  
candidi et nigro, fusco pede, sed  
in candidum inclinante. Propen-  
fius